



# Iacobi Rabus theologi Bavarici, &c. Ad Ioannis Sturmii, rectoris Argentoratensis Antipappos, amica syze?te?sis.

<https://hdl.handle.net/1874/424759>

fec. 7  
IACOBI RABVS

THEOLOGI BAVARI-

CI,&c. AD IOANNIS STVR-

MII, RECTORIS ARGENTORA-

tensis Antipappos, amica

SVJANTRIC. *S. Ignatio*

JN FORMVLAM CON-

CORDIÆ IACOBI ANDREÆ

SCHMIDELINI, TABINGENSIS PRÆ-

positi, quam Sturmius impugnat,

avwvnu. Q.

*Cui fabrum forceps, aut ars indocta fefellit,*

*et ipsius voluit crudere, fecit ipsis.*

INCOLSTADII,

EX OFFICINA WEIS-


SENHORNIANA APVD

WOLFGANGVM

EDERV.M.

ANNO

clo. lo. xxo.



NOBILI AC  
CLARISSIMO VI-  
RO, DOMINO SEVVALDO  
MÜLLER IN ZWEIRADEN, ILLVSTRIS-  
SIMI BAVARIAE DVCIS WILHELMI CVBI  
CVLARIO, &c. Domino amico obseruando,  
IACOBVS RABVS Doctor.

Theologus


S.

**N**IT TO AD TE AD STVRMII  
nostris Antipappos <sup>du</sup> <sup>st</sup> <sup>th</sup> <sup>co</sup> <sup>p</sup>  
meam typis euulgatam, ut,  
que de nouis Schola Argent-  
inensis rixis in Aula nu-  
per copioso sermone discussi-  
mus, ac non nihil etiam deplorauimus, ea in conspe-  
ctu tuo tibi continuo obuersentur, quem Aula  
negotia, ut fit, interdum distrahunt, ac à cogi-

A 2 tatione

Epistola dedicatoria.

tatione studiorum προς τὰ παρόδος sapiculē con-  
uertunt. Tua est cūsītōis mea, & sub umbra &  
felicibus auspicijs nominis tui in lucem prodit:  
Itaq; magnopere abste peta, ut accipias, & ad  
aquitatem iudicij tui, aduersariorum interpre-  
tationes componas: qui si quem impetum fe-  
cerint, tua fretus autoritate, facile pau-  
corum dierum sermonibus, quicquid id fuerit,  
depellam. Vale. Ex Musao meo Aciliano,  
Calend. Septemb. 1580.



IA-



IACOBVS RABVS  
THEOLOGVS BAVARICVS, &c.

IOANNI STVRMIO, RECTORI  
ARGENTORATENSI.

S.

**V**IDI, IOAN. STVRMI, ANTIAPPPOS  
tuos, ac diligenter legi quæ aduersus πολιτα  
istum tuum ὥλως ἐρισκόη effudisti: ac quamuis  
ego in hac sacra messe mea, quam propitio  
DEI Numine, copiosam nactus sum, ingenti  
variарum occupationum Ecclesiasticarum, concionum,  
scriptionumq; publicarum mole oppressus sim: non potui  
tamen, vel in medijs hisce laboribus meis, tui, vel etiam  
Scholæ tūæ (tuam enim meritò appello) obliuisci, in qua  
pueriginti propemodum ab hinc annis, prima institutio  
nis meæ literariæ, ac siqua in me est, eruditionis ornamen  
ta, sub diuersis nouem Claslium præceptoribus non absque  
fructu sum consecutus. Itaque memoriam Scholæ istius li  
benter conseruo, eamq; , ut de vrbe vestra, quæ me tamen  
primò nascentem excepit, nihil dicam, studiose colo, quod  
ingenioli mei culturam, quantulacunque est, ipsi aliqua ex  
parte debedo: & nonnullos adhuc quidem in conspectu tuo  
versari existimo, qui præclararam de ea, ac te etiam ipso, existi  
mationē meam, quam corā multis Illustribus viris, apud  
nos primū, deinde in Italia, in Anlis ac Academijs passim,  
& sapè, & alacriter verbis disertè expressi, testari, si velint,  
possunt.

## DE STVRM II

Constitui autem in huiuscē memoriae significationem, de ipsis illis Antipappis tuis, paucula hīc apud te in medium afferre: in quo genere scriptionis, et si me imparem tibi esse sentiam ( vi enim & orationis impetu facilē me vincis) tamen bonitate caussā confusus, tentabo aliquid, ac ad hanc tecum colloquendi operam, nonnihil studij curāque meā conuertam. Dimicatis, tu, inquam, ac I. Pappus, ex eadem schola, eademq; Cathedra, veluti Cadmēi fratres inter vos, accertatis publicē, de subscriptione, ni fallor, eius Concordię, quam cū Schmidelinus Tübingensis magno, ut fatur, labore haec tenus fabricauit, tum ceu Idolum quoddam Delphicum in vniuersum omnibus adorandum proposuit: dumq; is in ea, exterarum, Gallicā videlicet, Anglicā, Flandricā, Brabanticā, & aliarum quorundam dissidentium Ecclesiarum cōdemnationē superciliosē postulat, approbationem suā Concordiā efflagitat: repugnas tu, ac condemnationem hanc intempestiuē petias, qua in re quā tu cautē agas, postea dicemus.

Non fert iuuenilis Pappi feruor, hanc tuam maturitatem, sed vt Schmidelini caussam defendat, in lucem mox profert, ac ad disputandum proponit, nescio quas mixtas s̄ordes, seditiosas certè eas, quibus canos tuos, tuamq; ac tuorum prudentiam contumeliosē proscindit, in odium apud plerosq; sui professionis homines adducit, ac veluti ex Trypode sententiam sanguine scriptam, aduersus te pronuntiat, quam tu quidem censura tua conatus es depellere, neq; tamen effecisti pœnitus, quo minus & virulento quodam Epi- tomate, te tuamque animi morumque *euθεσι* de nouo inuaderet.

Non dubito, quemadmodum Formulae Fabro, hac discipuli aduersus Præceptorem, nō dico *ωαρποτια* (quemadmodum is quidem interpretatur) sed *νερις τω κωμαζοντο*, vehementer

## A N T I P A P I S

hementer grata est, sic in senatu vestro vicissim multos esse  
præstantes viros, qui in Pappo velle uitatem hanc detesten-  
tur, vel responsum ad Censuram tuam desiderent grauius  
ac prudentius.

Sed quid facias, obsecro Sturmi, ἀπίγοις istis Pappa- *Allusio ad ne-*  
phagis, leuiuscum la huic lanugini helxines herbæ, floccis, inq., *men Pappi.*  
volantibus ac diffluentibus in aëre, qui nimis rerum via  
destituti, ad dictamen, non iam dico recte rationis, à qua  
longissimè absunt, sed vel proiectissimæ libidinis sunt, quam  
affectant, omnia perturbant, miscent, confundunt, ut ad  
Homeri illud natos quasi esse dicas: Αἰεὶ δὲ πλοτέρων ἀνδρῶν  
φένες ἐφέθονται. οὐδὲ γαρ τὰς κάπικας λάγνους μαθένται: quod iu-  
uenilium cogitationum impetu præcipitatus Pappus, non  
intellexit: quantumuis de charitatis & ωφῆσισθεντει suæ offi-  
cio mirificè gratiendo glorietur.

Mirus sanè fastus est ac tumor huius hominis, odiosa  
omnino præsumptio: qui cùm flagret immodico sui studio,  
& existimationi suæ (quod solent, ferè qui statura pusilli  
sunt) incredibiliter indulget, tantum de illa sibi putat de-  
trahi, quantum videt alios, ad certiorem rerum gerenda-  
rum, actionumq; in scholis ac Ecclesijs vestris grauitatem  
contendere. Hinc exaggeratio illa Tragica eorum, quæ mo-  
deratè tamen abs te dicta sunt: hinc malitiosa interpretatio  
simpliciter expositorum: hinc detractionum atque infama-  
tionum aculei: hinc periculorum intentiones, etiam in  
benemeritum, cumq; Præceptorem ac Rectorem quadra-  
genarium, tanta acerbitate suscepit, ut quid demirari ac re-  
prehendere in homine debeas, amentiamnè, an verò im-  
pietatem erga Præceptorem, non facile dixeris.

Quarit alicubi Aristoteles, cur Iuuenta sit audacior,  
contrà senecta timidior: ac caussam reddit hanc, quod illis  
imperitia rerum confidentiam parit, his multorum expe-  
rientialia

D E S T V R M I I

rientia malorum, cunctationem. Et præclarè quidem respondit: sic enim ferè accidere videmus, ut qui ἐπίπεδα hæc carent, ardua quidem tentare nonnunquam ausint, sed ausint sæpenumerò, non nisi ad manifestum vitæ communis exitium. Sunt enim in rebus mortalium infinita ferè, quæ quantum habeant discriminis, difficulter, imò nullo modo intelliges, nisi facias periculum.

Bella ac speciosa res videtur inter aulicos obambulare proceres, in regijs versari negotijs, ac cò anhelant imperiti: Scenes verò, quibus vñ cognita res est, ab ea infelicitate libenter abstinent, & cum sapiente dicunt.

*Stet quicunq; volet potens,  
Aulæ culmine lubrico.  
Me dulcis saturat quies.  
Obscurus positoloco  
Leni perfruar otio,  
Nullis nota Quiritibus,  
Ætas per tacitum fluat.  
Sic cùm transferint mei  
Nullo cum strepitu dies,  
Plebeius moriar senex.*

Sic suave videtur τὸ ἔρωτας νοῇ εἰσέναι τὶ πρὶν φιλαθλίας: Sed qui nōrunt, quos aculeos figat hæc curiositas, aliter sentiunt: scilicet & breuis est, & quæque dolenda voluptas. Et sequitur mæstus gaudia summa dolor. Sunt qui bellum optant: Sed, ἀπόροι solūm optant. Qui miseras calamitatesq; belli experti sunt, modis omnibus fugiunt, deprecantur, propellant, rem videlicet talem, qua non est alia magis impia, vel calamitosior vel pérnicio-  
sior, vel hærens tenaciùs, vel tetricor, & in totum, homine in-  
dignior, ne dicam Christiano.

Pari ratione iucundum videtur Pappo tuo rixari, alicui impetrere, exteras condemnare Ecclesiás, susq; deq; mo-  
nere

A N T I P A P P I S.

uere omnia, adeoq; classicum canere, aduersus eos, qui ad charitatis Pappianæ modum cruentum illum, non accedunt: ἀπείξω videlicet γλυκὺς δὲ πόλεμος: atqui verò seni tibi secus videtur, alieno videlicet tempore θέρης illas esse publicatas, pessundari his ipsis autoritatem Academiæ, Senatus, aliquorum etiam Principum existimationē: Seni, inquam, qui non ad τὰ παρόντα solūm; quod Pappus facit; ἀλλὰ μὴ πρός τὰ μέλλοντα, & ex Pappi instituto paulò post certò euentura, quod Pappus negligit, prudenter animaduertis. Felicem te, qui sic sentis, ac beatum tuorum Nauarchum: astutum verò ac vulpe quavis callidorem Pappum, qui repugnat, ac autoritate sua, veluti altera Herculis clava prosternere cogitat omnes, quotquot ex vobis in hanc præcocem Genij ipsius sententiam non discedunt. Obscro te, mi Sturm, si ad Pappi placita agendum, ac condemnandæ sunt eæ Ecclesiæ, quas condemnare instituit: quæ mala has non inuadent? ad quas miseras calamitatesq; ex paulò post non exterminabuntur.

Qui condementur, iudicatum facere tenentur, vt nō sti: seu poena luenda sit capite, seu pecunia, seu quoquis modo alio: nihil enim Reip. Christianæ perniciosius, quam cùm condemnati impunè abire permittuntur. Ergò si vel Pappus ipse cōdemnare vult, vel condemnatas à Magistratu capite Ecclesiæ externas, an non lanienæ miseras ouiculas obiicit, vel manifesto faltem capitis bonorumque discriminis? Quorsum enim sententiæ ferri debent, decreta interponi, si, qui condemnati sunt, iudicatum facere non tenentur.

Hui c Pappi temerariæ stultitiæ, ac stultæ admodum temeritati, quod intercedis, facis pro Magistratu tuo, quod debes, pro mediocritate tua, prudenter, pro hospitij iure, quod Gallis tuis exilibus illis preſtas, humaniter: dum cō-

B demna-

## D E S T V R M I I

demnationis potestate à Pappo, huicq; coniunctis auferis, pericula inde mox consecutra ostendis, nec curas admodum, quod ille  $\pi\delta\tau\sigma\mu\varepsilon\varepsilon\eta\kappa\sigma\tau\Theta$  ineptit, quasi verò ad formam necessariò positam, alia adesse possint, quam formaz adiuncta ac intime annexa. Si ad Scholam tuam hic Pappaphagus vel  $\gamma\omega\mu\epsilon\tau\kappa\tau\Theta$  accessisset, ad hanc amentiam nunquam, ut opinor, fuisse prolapsus: vt cunque maiori rerum vsu in ceteris caruisset. Scis Platonis illud, eruditis non posse, non probari, quod Scholæ sua vestibulo sapientissimus ingeniorum rerumque obseruator prefixit:  $\alpha\gamma\epsilon\mu\epsilon\tau\kappa\tau\Theta$   $\delta\delta\tau\epsilon\zeta\eta\kappa\pi\alpha$  De hoc dicto disputant alij aliter: ac iudicant nonnulli, Philosophum à Schola sua tanq; pollutos ac pphianos arcere imperitos Geometrię, cuius tamē Elementa omnibus, quotquot liberaliter instituebātur, statim à teneris tradi solebant. Ego Platonem non de studio simpliciter locutum fuisse existimo, sed de moribus potius, ac actionum honestate, vsu, mensura, & aquabiliitate: hocque significasse docentibus, mediocritatem in officijs omnium studio obseruandam ac conseruandam esse: quemadmodum & in Gorgia, cùm reprehendit iniustum opinionem Calliclis, negligere eum ait Geometriam, hoc est, aquabilitatem ac mediocritatem. Imò ex vniuerso Platone constat, cum cōsulto ac libenter exempla Geometrica ad mores gubernatorum ac docentium alios accommodassè: & aliquibus suauissime ait,  $\beta\epsilon\theta\pi\alpha\epsilon\gamma\omega\mu\epsilon\tau\kappa\tau\mu$ , hoc est, disponere omnia nihil per violentiam agere, sed suo ordine distribuere, continere, efficere, & stimare, iudicare singula.

Eodem modo, cùm dicit  $\chi\delta\pi\epsilon\zeta\alpha\gamma\omega\mu\epsilon\tau\kappa\tau\Theta$   $\chi\pi\pi\tau\mu$ , certe ingenia intelligit docentium vel gubernantium alios, eaq; non inepte ad mores accommodat, excludit à tractatione rerum grauissimarum, tum Diuinorum præcipue Sanctiorum eos,

A N T I P A P P I S.

num eos, qui vim earum non intelligunt, qui Rerum pub-  
externarum rationem non assequuntur, qui sine cognitione  
ac premeditatione, corum, quæcuenire possunt, inéquali-  
ter eò, quo fert Iuuenilis impetus, ruunt, qui non obseruant,  
quo tempore agant, cum quibus, quid, quomodo agant,  
num sic agere expedit, an officiat, quorsum cōſilia aliorum  
contendant, sed ad suam ipsorum libidinem omnia proſe-  
quuntur. Profectò si ad huius <sup>ἀξιώματος</sup> Platonici nor-  
mam instructus Scholam vestram accessisset Pappus, absti-  
nuisset, puto, ab hoc insano, ne dicam plerisque vestrum de-  
trimentoso condemnandi cacoëthe, adeoq; tempori cessis-  
set, quod vnicū factio ipsius requirit, ac nisi cedat, opinione  
citiis diffluet: sed & ea obseruāſſet, quæ tu ex Chrysostomo  
in Antipappo tuo secundo affers, de moderandis in doctrina  
ſententijs, & exercenda erga alios externos charitatis <sup>μάρκο-</sup>  
<sup>δημοσίας</sup>, vt cunque <sup>οἱ ὄντες σφικτοὶ</sup> pungantur: quod ipsum  
fanè & tibi, & Ecclesijs istis, quas in ὑπόθεσι commemoras,  
imò & Gallis tuis exteris, quibus istic patrocinaris, & quos  
Pappus inſidiosè notat, longè fuisseſſet ut ilius, ſubſidiumq; ad  
vtrasōe partes conciliandoſ futurum oppoſitissimum.

Nunc ista digladiandirixandiue dementia, quid effi-  
cit? Primo Academæ dignitas ruit, deinde Magistratus  
autoritas laborat, tuus labascit: perit existimatio ca, quam  
habere debebatis, humanitatis, æquitatis, prudentiæ, <sup>μάρκο-</sup>  
<sup>δημοσίας</sup>; vacillat & Pappi dignitas; & quod maximū est, ipsius  
Schmidelini CONCORDIA, tot ſudoribus quæſita, apud  
pauculos pacta, à plerisque explosa, nomen amittit verita-  
tis, dilectionis, conciliationis fraternæ: vt nunc de mun ve-  
rum eſſe comperiam, quod de hac ipſa CONCORDIA inge-  
niosè quidam hoc diſticho nuper inſinuauit:

*Cut fabrum forceps, aut ars indocta feſellit,  
Eſigivis voluit cudere, fecit Eſip.*

D E S T V R M I I

Fateri certè coguntur prudentes, esse hanc Concordiæ formulam, quemadmodū ipsam quoq; Confessionem Augustanam μελον ἔχειθε: quam iactârint quidem, annis hucusque propemodum octo, Fabri cùsores, neq; ad exitum tam deduxerint, tanto tempore, in tanta agendi licentia, tam opportuna persuadendi quiduis occasione; fœtum scil. immaturum, ad cuius conceptum plerique nauseârint, ne quid dicam de partu, quem omnes hactenus execrantur, exhibant: tantum abest ut iam obstetricentur, hoc est, vt subscrivant, commendent; nisi quos Maiorum suorum autoritas ad approbationem, visq; manifesta coëgit: de quibus hic non est dicendi locus. D E V M Immortalem, si hoc non aduertitis, amentati; si negligitis stupidi estis. Sed neq; amens, neq; inops consilij, neq; stupidus tu es, Sturm, qui in tempore præuidisti quidem Pappinianorum consiliorum turpitudinem, ac auertere conatus es, quæ manifesta cum non minis vestri ignominia, tum Scholæ iactura postea euenerunt. At verò beatiorem te, si in tempore auertisses, ne vel ad valvas affixa, vel vspiam Theses Pappinianæ ex cathedra Argentoratensi defensa fuissent. Sed circumuenit te Pappus, imò manifestè contempsit, qui Rectoris dignitate poshabita, te nihil minus suspicante, ad publicationem suæ disputationis processit: alioquin vel centum Pappis, vel ducentis Schmidelinis, vel trecentis Marpachijs sat scio, te opposuisses; nec vñq; passus fuisses, si benè te cognosco, Magistratum tuum tot studiosis adolescentibus, sed quid dico? vniuersæ ciuitati vestræ venerabilem, inusitata hac agendi temeritate contaminari.

Iam quid ad Censoriam Pappi maiestatem dicturi sunt, hac iam condemnati, quorum oculi in vestram præcipue Scholam hactenus fuerunt coniecti? qui fratres vos existimârunt, non hostes: vicinos, non disiunctos, amicos non licto-

A N T I P A P P I S.

lictores! An non putas tu graue eos vulnus accepisse ex hoc  
Pappi tui imperato Anathemate? Cumq; ad propinquita-  
tis officia, vestris præstanda, huc usque propensi fuerint, tum  
pulcherrimam illam operarum mutuam ~~corporis~~ vobis  
quām intimè voluerint coniunctam: an tu putas, eos hac  
in re ita esse confirmatos, vt non retrocessur sint, postquam  
vident, quibus sua quām periculosè crediderint, quām ho-  
stilio dio Schola vestra aduersus eos, eorum Ecclesias, doctri-  
nam, dicam & fortunas digladietur? quòd si contingat, vt  
recedant, vt vos deserant, ac hostes habeant, quos amicos  
maluissent, an non Reipub. vestrę luctuosum, plenisq; etiam  
vestrū exitiosum hoc est futurum? Hic ego multa &  
consultò quidem premo, quæ tu prudēter perspicis, ac animad-  
uertere me intelligis: nolo enim pericula exaggerare, quæ  
contētionibus istis generantur: Historiæ plenæ sunt, moro-  
siora hominū ingenia (quale & Pappi est) Ecclesijs & com-  
munitati sàpè incommodâsse: rursus moderatione volun-  
tatum ac sententiarū Resp. præclarè esse conseruatas: quem-  
admodum apud Romanos Scipio sapienter fecisse legitur,  
quem cùm non abduceret ambitio à moderatione, com-  
muni saluti optimè consuluit: contra flagitiosè Marius, qui  
cùm vreretur gloria Syllæ, conatus est cum vi spoliare, & ex-  
ercitu & prouincia: dumq; hoc cogitat, patriam implicuit  
cruentissimo & luctuosissimo bello.

An verò non eodem modo Pappus vester? planè, dum  
nimirum ægrè fert, esse alios prater ipsum, sua virtute con-  
fidentes, homines excellenti eruditione, rerumq; vsu instru-  
atos, vritur Thrafo: & quia manifestè non potest, fraudu-  
lenter inuadit Ecclesias, quæ abs te nominantur; condem-  
nandos dictat omnes, ad quorum Institutionem, hæ ipsæ,  
tanquam ex putridis surculis infectæ arbores, ad hanc existi-  
mationis opinionem succreuerint: adimendam hanc opi-  
nionem

D E S T V R M I I

nionem esse isti hominum generi, nec cōcedendum, vt diu multumq; seipsis glorientur, exterminando eos esse; eo fere modo, quo Magistratus furem exturbat (vtar enim magni Disputatoris Simili) laqueo puto, aut id genus charitate quadam Pappiana alia.

O durum carnificem, qui in viros se decuplo doctiores ac eminentiores, qui Lutheropappos iam dudum explorserunt & exterminarunt, imò in vniuersas eorū domos, Ecclesiās, tanto odio debacchatur, vt suam suorumq; salutem non nisi horum excisione constare sibi posse putet, neq; benebeatēq; sese viuere posse arbitretur, nisi ad classīcū ipsius vis protinus afferatur suo calculo condemnatis, & ad arbitriū voluntatis suæ omnia perturbentur.

Et hanc animi sui acerbitatem palliare nihilominus audet pulcherrimo illo titulo charitatis Christianæ Pappus, quasi verò charitas priuatæ vindictæ studiosâ sit, & non potius ~~μακεσθεντή~~, patiens sit, benigna sit, omnia ferat, quemadmodum tu eam in Antipappo primo luctuenter exprefisti. Blanda sanè est charitatis appellatio, & nulli non grata mortalium: sed ad Pappianā hanc charitatem, quis quæso toto animo ac corpore non cohorrescat? Similis est charitas Pappi, compræ & omni genere mundi sexus illius mulierī exornatæ & redimitæ, pigmentis etiam atque fuso colorata, quæ tamen & animo leui sit & impudico, & corpore morbis confecto, & occulta fœditate turpi. Non enim negari potest, quin Pappi CHARITATIVA ἡγεώμειο insigniter ad oculum teneant: sed interea internam suæ libidinis fœditatem astutè celat, & lapidem in sinu occultat, quem iacere cogitat in incautos vos, ac Magistratui hoc ipso in manus gladium porrigit, potestatemq; tradit, seuerè in seçus sentientes animaduertendi.

Negare quidem conatur Pappus, sc ad extrema hæc aspicere:

### A N T I P A P P I S.

aspicere: & si quid deterius propter errores errantibus acci-  
dat, hoc per accidens, & κατὰ συμβεβηκός accidere dictat.  
Sed impudenter negat: & praeclarè tu folio Antipappi tui  
primi 43. hunc ipsius fucum quem à Schmidelino mutua-  
tus est, euertis: & certum est, si accidens illud, quod constitu-  
tioni rei necessario adhæreat: quēadmodū nō potest homi-  
cidium condemnari, vt non homicidam quoque ipsum cō-  
demnes, non contra homicidium crimen intentari, vt non  
contra homicidam ipsum Magistratū excites: sic nunquam  
poterit Pappus condemnare errorem, quin non errantes  
quoque ipsos Magistratui obijciat, quod si non vedit Pappus  
initio, ex te animaduertere poterat: si dissimulat improbus  
est, impius si ex contemptu rationem excutiat.

Miseros vos, qui docendi munus huic gloriosulo, ne  
quid dicam ex tuo animo durius, tam imprudenter credidi-  
stis. Quid enim ex hoc homine vel spei, vel lucri? Condem-  
nat eos, quibus cum debebatis esse gratia proximè con-  
iuncti. Quid efficit? animos videlicet vtrinque exacerbat,  
partes inter se de nouo committit, Magistratum à socijs,  
socios à se inuicem, alios suspicionibus, alios similitatibus,  
alios seditionum usurpatione distrahit, omnia vestra con-  
fundit, miscet, peruerit. An non insignis istaç ac comme-  
morabilis plane est charitas?

Fuerunt iam olim & ante hæc nostra tempora, non  
minus atq; hac nostra ætate, variæ hominum separationes,  
congregationes innumeræ: sed vix nullus cœtus, tot discordijs,  
tot condemnationibus infamis fuit, atque hodie vestris sunt:  
quibus si coiungas fatalem illam superiorum vestrorum ca-  
lamitatem, Magistratum puta vestrorum inter se inuidias,  
aut odia etiam manifesta; ecquonam, Sturmi, modo  
tandem autoritas & maietas vestrarum rerum erecta  
consistet? an non cogitare debebatis, nihil esse tam po-  
pulare,

D E S T V R M I I

pulare, nihil tam multitudini vestræ salutare, quām pacem, concordiam, & quietem, sine quibus nec obedientia apud vos vlla esse potest: nihil contra perniciosius vobis, quām seditiones, & Imperiorum detractiones, nihil exitiabilius, quām Schmidelinos, Selnecceros, Pappos, cōdemnationū & inde pœnarum variarum, & ex hiscerursis omniū prope modum miseriarum autores? sunt nimirum instar Ates illius Homericæ, dum validissimo corpore discursant, innumeras pruincias, ciuitates, oppida, regna etiā integra magnis itineribus, ingenti sumptu peragrant, à fronte concordiam promittunt, à tergo verò nil nisi dissensiones perpetuas, nec vnquam hacratione inter vos desituras, moliuntur. Cordatos vos, si & Litas illas Louis filias excipere contingeret, quæ post tot annos tandem gratiam inter vos aliquam conciliarent, vel ad syncretismum saltem cōnecterent, quos inuidia tam latè dispergit. Hac profectò animorum voluntatumq; vestrarum disiunctione, tam feruenti ac exitiabili condemnandi, exterminandi vos inuicem, ac beluino penitus inuadendi estu, quo modo, vel tacentibus nobis, quos Pontificios appellatis, sensim intereant, ac seipsis corruant Ecclesię vestræ, ipsi, vt puto, & quidem sisapitis, magno cum dolore, aspicitis, & non immerito deploratis.

Huic igitur ferociæ Pappi quod occurris, & dementiam reprimis, & autoritatem Scholæ tuæ defendis, tempestiuè facis, vt in am quod meditaris, obtainere etiam possis, nendum apud hostem efficere. Condemnari is vult Ecclesiæ, vt appellat, externas. Quas, rogo? Hic tu candorem in Pappo non immerito desideras, qui à θεοι ad ὑπόθεσιν nolit descendere, προαιγέοι sanè astutissima, nec apertè demonstrare, quas Ecclesiæ intelligat, & quasnam condemnare instituerit. Kędzie ille quidem fraudulentam & callidam prætexit, quam abs te quidem puer olim accepit, sed non probè didicit, vt suspi-

A N T I P A P P I S.

suspitione se liberet; at verò ut maximè lubricus sit, occultaretamē sese, aut inuoluere in tantum non potest, quin, sicuti forex etiam non visus, nihilominus suo se prodit iudicio; sic vaferrimi hominis cōgitata & consilia, dictis, scriptis, characteribus, & quod tu addis, congressibus detegantur. **Qui,**  
**ais, sic?**

Nam dum ab Accusatoris subsellio, ad tribunal prætoris  
subitò cōscendere, & illas tristes literas, apud Græcos ο, apud Literæ Pap-  
piniane.  
latinos C, apud Germanos V toties ingeminare, & pro di-  
statoria sua maiestate detonando pronunciare tam sàpè au-  
det: θεατὴ μηρος, Condemnamus, **Wir Verdammen** / quis ex  
primis horum verborum literis non apertè colligat, quo-  
nam condemnet, nimirum non suæ fecis ministros, sed alios  
nō nullos, Theodoros, puta, Caluinos, Cinglios, Capitones,  
Vrsinos, Vezelios, Vermelios, &c. Et Ecclesiæ eas in vniuer-  
sum omnes, quibus instituendis illi præfuerunt, Helueticas,  
Anglicas, Gallicas, Phrysias, & quotquot has ipsas vbiuis  
gentium sequuntur.

En tibi Pappi tui indolem, ad dolos quidem præclarè  
compositam, fraudibus ac astutijs oppletam; at verò, si non  
τέλος ἀπό μὲν τῷ δέσμῳ τῷ γελεῖμι comprehendas, arctissimo  
nodo sic constrictam, vt elabi non possit, & ad Cabalæ scili-  
cet abstruse illius suæ, mysteria, vel sponte sua deinceps ea,  
quaæ celare studuerat, euomat.

Huc cæca ambitio & gloriæ immensa cupiditas hunc  
hominem præcipitat. Quis hunc apud vos non infami illi  
Incendiario Herostrato comparauerit, qui cùm obscurus &  
inglorius viueret, vt nominis claritatem & memoriam im-  
mortalem sibi compararet, pessimo apud suos facinore,  
templum Dianæ longè amplissimum igne succendere non  
dubitauit. Sic enim & Pappus vester cupiditate quadam  
gloriæ insatiabili astuans, vt vulgo celebrior habeatur Theo-

D E S T V R M I I .

logiæ Doctor ac Censor, nouum ac funestum externis Ecclesijs incendium excitat, quo si posset, earum templis cladeni & iniuriam non vulgarem esset illaturus.

Sed non maceret sese diu affligatus multum Pappus hac condemnationis libidine: ineptè ac cum manifesta sui nominis gloriæque lassione ad hanc autoritatem aspirat, è quia iam olim, vñā cum suis, ab his etiam ipsis, quos hic condemnare instituit, magno multorum prestantissimorū viorum consensu turbatum, deicatum, procalcatum esse nouimus. Condemnare vult bellus Mitio Cingianos, Caluini stas: at horum grauitas, ante multos annos & plen & patrem prostrauit, Pappū & Lutherum, utriq; horū Ecclesiæ nomen, Iudicandi autoritatem, veritatisque opinionem ademit: è Scholis templisque suis eicit. Vbi verò hoc factum est? Quasi verò ignorare hoc possit Pappus, quod in uicinia, concordi ac cōsentiente plurimorum, principum etiā viorum voluntate aperte, gloriose, audacter gestum est Heidelbergæ, aio, hoc accidit: ex Academia fulmen hoc in ipsos emissum est, professores fuerunt, à Caluini placitis dependentes, qui damnatam capite eorum doctrinam procul è Rep. sua expulerunt. Negat Pappus: en annales temporum, en legem Academia, Professorum expressam: Lutheri, inquit, & Brentij Cathechismi extra Ecclesiam ejiciantur, & EORVM  
SCRIPTA NULLAM HABEANT AVTORITATEM. An non hoc est condemnare, ac veritatis opinionem Pappo proli, & patri potatori M. Luthero adimere? Quid vult amplius? Hoc decreto non Luthero solùm, sed ipsis quoq; Confessioni Augustanæ omnis autoritas præcisa est, nisi Cathechesis istorum capitum aliam ac diuersam à Confessione esse vel fuisse dicant, quod equidem dicturos non opinor. Sed à quibus præcisa est? libenter enim repeto: ab his, inquam ipsis, ut dixi, quos Pappus thesibus ac declamatiunculis suis iugulare,

A N T I P A P P I S.

ingulare, & Magistratui puninendos, multandos abijcere cogitat. Possem & Tigurinorū aliorumq; eius farinæ hominum censuras aduersus Lutherum, huiusq; discipulos, in medium afferre, sed nolo ut sermocinatio hæc mea Epistolæ modum excedat. Dabitur aliâs, si necesse fuerit, hæc commemorandi, ac discutiendi locus.

Quid tu nunc ad hæc Sturmii? an non Plagiarium dicas Pappum, qui dum alios ferire studet, ipse vapulat, & ~~hæreticos~~ projectus projicitur, qui prior Iudices istos condemnare, ac ad tristissimum anium istarum prædam destinare cogitat. Obscrote, quid tu iudicas? Imò, ais, quid tu? Dicam liberè: abyssus, aio, abyssum inuocat: Cingliani Lutheranos, hæretici hæreticos produnt, & hæreticus Pappus hæreticos istos condemnat. Nolo, Sturm, putas, hæc abs me pronunciari, ex meis: malim ego de hominibus istis longè proferre præstantiora: ex illorum metego ore loquor, qui scriptis publicis hac scelè ignominiae nota ipsos contaminârunt: quos ego nomino, tales scipso mutuæ eorum condemârunt factores.

Quanq; non hîc solùm, verum multis iam annis ante, ac quidem statim sub initium dogmatis Lutherici, talia fulmina excepta fuere: quemadmodum testantur historiae nostræ temporis.

Nam simul atque lugubre illud Euangelium suum LUTHERVS promulgare coepit, statim ad internectionis fulmen processerunt alij cœmplures, ac arma contra eum arripiuerunt Patimontanus, Carolstadius, Cinglius, Müntzerus, Bullingerus, & tot confessionum scriptores alij, qui in Schola ipsius edocti, ab eo secessionem fecerunt; nec quisquam inter eos fuit, qui Lutherum non execraretur, ac pro hæretico, ac mendaciorum Magistro habendum affirmaret, quod ex scriptis eorum vtrinque editis liquido appetet. Sic solet nimi-

## DE STURMII

rum contentionis Spiritus, ipsos etiam cōtentionum Magistratos, secessione facta, ad odia plusquam Vatiniana, rixas maledicta impellere: quod te, Sturmii, velim, quām prudenter considerare.

Cant. 6.

Ipse nōsti, quid de Ecclesia C H R I S T I testetur scriptura, qua confidimus: esse videlicet eam terribilem, ut castorum aciem ordinatam: at verò isti Babylonem ex ea efficerent cogitārunt, in qua nihil ordine geratur, nullus in re aliqua seruetur usus: sed omnia incerta sint, ac perturbata. Tale spectaculum Heroës isti, hui quām strenui Gigātes nostro hoc seculo exhibuerūt, exhibentq; quotidie, dum Lutherus, suam Ecclesiam defendendo, cōdemnat Cinglium, & Cinglius condemnat Lutherum, eamq; ad se pertinere affirmat Rottmannus, & contra sentit Münzerus, atque in suo cōetu habitare putat Sponsam C H R I S T I Schmidelinus, negat Beza: ac vicissim is suos Ecclesiam vocat, & reclamat cum Vvesphalo Ilyricus: ac iura Ecclesiae sua esse scribit Brenzius, & repugnat cum Bullingero Caluinus. Quid pluribus opus est? Sicut Philosophi olim, licet omnes varia sentirent, & multas in sectas essent diuisi, quarum unaquæque alias cuerteret, ut se suaq; confirmaret, ac se ipsas ciuili propositum bello conficerent, singuli tamen se sapere, & alias despere, atq; ab arce sapientiæ procul abesse afferuerunt: Ita isti, cùm sic se inuicem dissensionibus intestinis iugulant, nemo tamen alteri cedit, sed ut alias tollat, suam quisq; factionem tutatur, eamq; C H R I S T I populum, sed falsò iactat, aduersantes Saranæ tradit, ac semper iternis gehennæ cruciatibus mancipat. Quid hoc monstri est: an non hoc plus est, quām condemnare.

Lamentaris puto, dum hæc cogitas, ac aduertis prudentia tua, religionem istam hac voluntatum disunctione non posse non perire. Sed illud magis deplorare debes,

A N T I P A P P I S.

bes, Sturmi, cuius oculi vel naturâ stillant lachrymas, quod  
hoc dissensionis malum eò vsque apud istos inualuit, vt vix  
vllam medicinam admittat. Adsunt testes: omnia clara, cui-  
denta, certa. Nam tametsi pax non semel & tentata & facta  
fit, nihil tamen subsecutum est aliud, quām quod paucis an-  
nis interiectis, prælia illa concertationum ac condemnatio-  
num vestrarum, vel ex leuisima vnius aut alterius Saxonis  
vmbra, vel de dolati (parce verbo) fabri, acerbè inter vos re-  
cruduerunt, vt pax ipsa illa, magis ad renouandum bellum,  
quām concordiam conseruandam videretur instituta. Sic  
nimirum, quemadmodum & beluis, rixatoribus istis contin-  
git: quæ licet à natura feroces sint, quiescunt tamen illesæ:  
stimulis tamen agitatæ sœuius furere consueverunt, & pre-  
cibus in suam aliorumq; perniciem ferri.

O deploranda diuersarum religionum capita, & ad  
Garamantas vsque releganda, qui verè, dum se se colligere  
iaſtitant, dispergunt: Itané (vt cum S. Bernhardo eos allo-  
quar) de monte abſcissum finē manibus, montem factum,  
& oppulentem mundum vnuersum, CHRISTVM videlicet,  
DEI filium vestris inclusum esse antris singuli creditis? Lo-  
quot enim iam cum dissidiorum capitibus, non tecum,  
Sturmi, Eumne vos DEVUM existimatis, qui tantis scissioni-  
bus & dissensionibus intestinis delectetur? An non is ad  
nauseam vsque vobis inculcat in sacris literis, gratum impri-  
mis, atque iucundum sibi esse, vt qui nomem ipsius san-  
ctificare cupiunt, VNV M incolant Ecclesiæ domicilium,  
idem omnes sentiant, nequaquam verò diuīsum sibi CHRI-  
STVM imaginentur. Charitatemné, ô mi Sturmi, quæras  
tu, apud eos, qui sibi ipsis facti sunt decies heretici, neque vlla  
Spiritus dulcedine connectuntur? Qui scipso non diligunt,  
an tu putas alios diligere, & ad charitatem instruere posse?  
Ecclesiæmne quæres apud eos, quorum si quemq; roges, vbi-

Serm. 66. in  
Cant.

1. CANT.

## D E S T V R M I I

nam ea sit, id tantum audies, quod singulis placet, qui nunquam  $\tau\delta\ \epsilon\rho$ ,  $\tau\delta\ \alpha\pi\omega$ , totum videlicet CHRISTI corpus mysticum, sed suam quisque partem demonstrant, accoxant ferè ranarum instar: ecce hic est CHRISTVS, ecce illic: hic vita, illic mors: hic salus, illic condemnatio, hic viues, illic exanteraberis.

Tuverò caue, Sturmi, ne vllam eorum verbis fidem vnquam adhibeas: aut si quid tale hactenus passus es, per canos illos tuos, qui te de sempiternitate commonefaciunt hilarer abiice. Nam cùm suam singuli partem pro Ecclesiæ constitutione tibi ostendunt, tum palam mentiuntur, & aduersantur ei, qui dixit, Ecclesiam suam, non in aliqua orbis parte, vel à Pappo, vel à Beza, vel à Caluino constitutam, sed toto terrarum orbe diffundendam & propagandam esse. Quod dum celant te, & suo modo inescare sperant singuli, en tibi fructus Cathedrae istius: quos obseruare debes: fructus tales, inquam, quorum acerbitas non eorum modò, qui eos comedunt, sed etiam eorum, qui nunquam gustarunt, dentes stupidos hactenus reddunt. Quid, dico, profert vniuersa illa cohors, quām rixas, dissensiones, sectas, contradictiones linguarum, vt sancti vatis verbavsurpem, quas qui non declinauerit, quanto maximo possit studio, fieri nequit, vt caput CHRISTVM cum Simeone illo vetulo & iam sepeliendo obtineat, ex quo totum corpus compatum, & connexum per omnem iuncturam subministratio membrorum augmentum facit, in ædificationem sui, in CHARITATE? Quid, iterum dico, moluntur hilupi vespertini aliud, quām vt dilaniēt vltimis pascuis reseruatum gregem, ac vt efficiant, ne CHRISTI Ecclesia, quæ est terra viuentium, vnius labij sit, & ne idem atq; vnum omnes & sentiant & loquantur.

A Mor. 3.

Psal. 30.

Ego

### A N T I P A P P I S.

Ego verò sic existimo, D E I singulari beneficio ac prouidentia erga suos, quos amat, factum esse, vt qui hac etate ab Ecclesia sese vltro præsciderunt, & eam diuidere conantur, iij ipsi quoq; varijs se iam dissensionibus & opinionibus lacerent, & tantum non confiant, vt appareat, efficacem fuisse, esseq; adhuc hodie, vocem illā, quæ quotidie ex ipsius Ecclesiæ voto interpellat: Præcipita Domine, diuide linguis corum. Diuisit profectò immortalis D E V S linguas eorum horibilem in modum, & permisit, vt turris ista Babelis tam altè progrederetur, vt appareret, eorum terram non esse unius labij, non cādem eos tueri doctrinam, sed tot apud eos esse sententias, quod capita: tot fides, quot voluntates: tot doctrinas, quot mores: tot caussas blasphemiarum, quot vitia, tot condemnationes, quot hostes. Utinam obseruarent tandem, quod dicit Hoseas: diuisum est cor eorum, nunc intercibunt. *Hosea. 10.*

*Tert. de pref.  
Psalm. 54.*

Ac interissent forsitan iam olim, nisi quorundam ambitione & avaritia, ἡ πλειτρονή τῆς τέως, ἡ τῷ κατὰ πίσιν, illud impediisset. Quām verò profunda salutis suæ obliuione capiuntur, qui sic faciunt? Quid his ipsis mīcerabilius? Itanémentis suæ oculis capti sunt, vt non perpendant, Ecclesiam esse unam, indiuisam, hortum conclusum, ad quem aditus prophanis & vnitatem minus curantibus patere non possit? Utinam iterum, iterumque aio utinam, intelligent solum, Ecclesiam, si in Lutheri antro domicilium habeat, apud Caluinum esse non posse, & si inter Theodoristas vel Cinglianos locus eis sit, nec apud Lutherum, Marpachium, vel Pappum quæri debere: deq; reliquis errorum Magistris, horumq; discipulis idem statuendum esse: quando illud usū comprobatum est, nulla eos doctrinæ concordia, nullo fraternitatis vinculo, nulla charitatis *κοινωνία* contineri, sed tam grauibus inter se ipsos dissidijs separari, quām ea sunt, qui-

D E S T V R M I I

quibus dissident à nobis, qui D E I beneficio & Catholici sumus, & habemur, & vocamur.

Hosce inquam, Sturmi, animorum euersores caue, ac in id incumbe sedulò, vt, si saluas partes illas esse velis, intempestiuæ illæ hominū à religione exorbitantium inter se condemnationes, tua nonnihil autoritate accedente, ruant, quarum neutri parti vllum ius competit. Quid enim Juris Pappo in Theodoros, Cinglianos, Caluinistas? nihil penitus. Quid vicissim hisce in ipsum huicq; coniuctos? nihil. Quo ergo iure concurrunt, & seiuicem condemnant, & ad laqueum præparant, nondum ad tribunal sedente eo, cuius est, eiusmodi fluctus, autoresq; eorum, uiac potestate sua compescere? nisi quòd hæc condemnandi libido hominum Hereticorum propria est, ac in tantum quidem propria, vt si signa alia desint, hoc vnicō certè, à legitimo ac V N O, nec V N I T O D E I grege separari, ac dinosci queant.

Sed non potes tamen tu, Sturmi, interea, dum hæc ego dico, vel tu contra ipsum Pappum, eiusq; condemnandi alios affectionem dimicas, non, inquā potes, omnem iudicandi ac condemnandi potestatem religioni Christianæ adimere, multò verò minus illud dicere, cuiuis in sua fide credendum esse, ac ob id dissentientes à V E R O, quod teste Apostolo, V N V M esse debet, sua libidini relinquendos, nec vlla Censuræ Ecclesiasticæ nota percutiendos. Iudicandi eniim autoritas, & condemnandi malè setientes potestas, perpetuò penes eos fuit, ad quos pertinuit Thesauri Euangelici depositum, vt videlicet illibatum ac illæsum conseruat, ac non obijceretur cuiusvis tyrannidi.

Negasti hoc: en tibi demonstratione oculari innixam rationem. Quæro ex te, qua potissimum ratione conseruata à tot seculis est, vel fuit, Christi Respub. ne vel ex Arrij, vel

Dona-

A N T I P A P P I S.

Donati, vel Macedonij, vel Berengarij, vel aliorū hominum perditissimorum labe contaminaretur, sed permaneret illibata illa sponsa dilecti sui, inque huius sinu, hoc est, placitis, institutione, doctrina, perpetuò ac tutò, spe charitateque firmata quiesceret? Hac profectōynica autoritate iudicatio-  
nis & condemnationis, nec tu potes fateri, velis, nolis, aliud.  
Etenim quām primū ad gloriam D e i nostri obfuscandam, splendoremque Ecclesiae perturbandum vel euerten-  
dum, hominum istorum partes progrederentur, statim hæc ipsa eorum autoritas in promptu fuit, penes quos idem depositum custodiēdum asseruabatur, nimirum τὸ καθόλον,  
quod vt asseruet, quod semel accepit, sic extinxit Anathema-  
te suo, quicquid veritati Catholicæ vspiam aduersaretur. Er-  
go, quemadmodum hæreticis ac pseudodoctoribus inuidus  
vix vñquam caruit: sic nec Ecclesia potestate hac vñquam  
fuit destituta, sed subfido hoceos præclarè semper vicit, op-  
pressit, vt hac methodo propemodum vñica, vel memoria  
etiam istorum, vt sic dicam, Partiriorum, qui à corpore  
τὸ καθόλος se amputauerūt sempiterna obliuione depierit.

Sed quis tamen ex eo potissimum iudicauit, condemnauit secus docentes, quām Ecclesiae regula præ se cerebat? Im-  
mortalis nimirum D e i noster, gladio verbi oris sui, &  
potestate hac, quam in quibusdam legitimè eò vocatis, in-  
stituit, communicata cum eis nonnulla honoris sui portio-  
ne. Et qui sunt demum isti? Ipse verò tu hoc, Sturmi, ex Sa-  
doleti olim tui, Bembiq; humanissimi ad te literis scire de-  
bebas, etiam tacente me: sed tamen repetam libenter in ho-  
norem nominis tui, quod viri tanti, tam præclara orbis &  
vrbis lumina tuae personæ detulerunt: est Papa Romanus  
C H R I S T I Vicarius, successor Petri, supremas τὸ καθόλος ἡγε-  
μῶν, dux, pastor: ac qui ad consilium tanti principis adhiben-  
tur, horum hoc munus proprium est.

D

Hic

D E S T V R M I T

Hic ego modestiam in te requiram, ac grauitatem in-  
ponderando hoc scrimone meo, dignam virtute tua, senio,  
prudentia tua. Neq; enim ad ampliorem huius rei demon-  
strationem Epistolam hanc suscepi: & in promptu, inque  
tabulas ac historias relatæ esse nōsti, Christiani orbis Conci-  
lia, quæ fidem faciunt verbis meis, tametsi nonnulli recla-  
ment: Concilia inquam, historiæ scriptorum fide probatae,  
consensus omniū publicus, consuetudo sanctissimorum pa-  
trum, & quid non? omnia hæc expressæ, inquam, testantur,  
ita se se rem, quemadmodum dico penitus habere.

Quid verò de scriptura? neque illa mihi dēstituit, Stur-  
mi. An verò tu ignorare potes, quod ad pontificem dixit  
CHRISTVS: quicquid ligaueris in terris, ligatum erit & in  
cœlis; quid verò est ligare, nunquid indicare, condemnare?  
certè sic est. Ad quem Pappum, Bezam, Calvinum vñquam  
sic dixit? Nequeverò de externa ac chilii condemnatione lo-  
quitur CHRISTVS, sed de falsorum etiam Christianorum,  
impiarumque hæresum oppressione, quam subintelligit,  
ut hoc nimirum pastore, hoc iudice, gressus immunis sit, à pe-  
stilente alienarum opinionum contagio. Ergo pontifici hec  
autoritas in cumbit, tanquam primo corporis CHRISTI in  
hac terra militantis pastori: non secus, atque Petro eadem  
cura omniū primo commissa fuit, supremo nimirum cius-  
dem corporis præposito: non secus atque eadem à succe-  
soribus per tot secula fuit usurpata: non secus, atq; demon-  
strare etiam hi ipsi possunt, si opus sit, potestatem hanc supre-  
mo huic ordini ex præscripto ipsius CHRISTI, ac perpetuo  
Ecclesiæ usi imprimis competere.

Aduerte hæc Sturmi, quæ brevissime attingo solùm  
non explico: quæ, sivelis, scire potes: si quid Pappus habet,  
quod contra obijciet, ausit: sin nolis tu, nec habeat Pappus  
quod dicat, permittite quæso vtrinq; vobis, in eadem Scho-  
la ca-

### A N T I P A P P I S.

la cathedraq; docentibus, persuaderi, vt credatis, horum esse  
vt iudicent: vestrum, vt iudicio pareatis, officium. Sed ob-  
strepunt nihilo minus alij, & non ἐκ τῶν παραπομέων, sed huius  
vnius Pappi ore contendunt, nihil tale Petro datum, ne quid  
dicam de Pontifice.

Videamus igitur, vt sine contumacia refellam, quod  
hi contumaciter assertunt. En angelia clara, perspicua sunt: vt  
ab omnibus etiam sine interprete intelligi possint, cum ad  
omnium salutem faciant. Causamus ergo tenebras Diuinæ  
huic luci offundere, nubibus solam obscurare, sed mera ver-  
ba accipiamus. Petebat à discipulis Dominus, quem filium  
hominis crederent: respondit unus Petrus, qui profecto  
non respōdisset, nisi habitus inter eos fuisset primus, quem  
admodum Chrysostomus animaduertit: nam in alijs, nec  
Andreas, nec Philippus, nec Thomas edentuli erant; sed au-  
daстер vel quærebant, vel respondebant interrogati. Hic in  
re utiq; ardua interrogati sunt plures: imò omnes: respon-  
dit unus Petrus, & Domini sui gloriam non minus gloriose  
quam audacter confessus est. Promisit ergo ei CHRISTVS  
vicissim quasi τὸ αὐτιδωσόν pro hactāta confessionis fiducia;  
& cum promisisset, donauit etiam mox, claves nimirum  
non cœli, sed cœlorum, quod nulli Apostolorum alij conti-  
gisse memini. Nam aut simplicitatem Euangelij peruerteret  
Pappus, aut in propriū fatebitur sermonem Domini. Audi  
verba: TIBI: quis erat? Petro scil. DABO claves regni cœlo-  
rum, non cœli: non pari ratione vobis omnibus. Si id vo-  
luissest Dominus, annē defutura illi erant verba? Non op-  
nor. Et quicquid ligaueris, erit ligatum, &c. Nodum in scir-  
po querit Pappus: vulnē audire Dominū soli Petro præ ce-  
teris loquentem? Quid est verò, quod tantum dictatorem  
latere queat? nisi forte ea ipsius animo officiūt, quæ τὸ ξύνθετο  
ipsum videre non permittunt, ira, inuidia, ambitio, dum

### D E S T V R M I I

alius esse , haberet alius cupit. Verba sunt ad Petrum solum : Petre amas me, & plus quam hic respondit : tu scis, quia amo te : pasce ergo, pasce secundò, pasce tertio oves meas. Quid hoc est Sturmi? quem ex Apostolis vñquam de re eadem toutes interrogauit? qui ter vñquam respondit? mira est ter interrogantis vis, mira ter respondentis fides. Quis igitur est, qui dubitare queat, tanquam primo pastori PETRO, hanc impios videlicet hæresion propagatores ligandi, condemnandi, ejiciendi, facultatem deberi.

Sed forte alijs etiam Apostolis dixit : P E T R E , rogan pro TE, ne deficiat FIDES TVA, & TV confirma fratres tuos. Solùm Petrum certè allocutus est his verbis, tanquam sumum futurum, & fortissimum in extremis ac desperatis rebus, dubijs & afflictis, aliorum Ducem, cui gubernationis ratio præcipue competere.

Iam si bonus vir est Pappus, perspicue respondeat mihi: derelicturus terras Dominus, & in coelum ascensurus, vtrum huius Petri successorem, Vicarium in terris vnum vel plures reliquerit. Absurdum est, si dixerit nullum : & D E V M caput in terris Ecclesiæ & hominum, sine homine esse velit. Scimus orbis, cœli, terre Dominū esse immortalem D E V M. Sed num post se alios nullos reliquit orbis Rectores? annon hominibus hominem præesse voluit? Si dicat, instituisse eum plures: apagesis. num beluam multorum capitum putat voluisse esse Ecclesiam suam D E V M? & interea, omnia quæ bene se habent, & recte disposita sunt, ad vnum referri: orbem ad vnum D E V M, diem ad solem, noctem ad lunam, exercitum ad Ducem, nauem ad Rectorem, nec deesse animibus quoq; auibus; aut etiam minutulis illis formicis caput vnum: solam Ecclesiam homine vno, Rectore vno, arbitro vno carere?

Sed nihil refert: relinquamus testimonia, quæ metamen

A N T I P A P P I S.

men nondum deseruerunt: sola ratione usurpatæ à D E O  
consuetudinis ostendi potest, inter Ecclesiæ Doctores, non  
nuper natos ( hi enim imperium omne detrectant ) sed ex  
antiquo autoritate sua confidentes, aliquem iure Diuino  
eminentiorē cæteris esse oportere, cuius si hanc iudicij  
ac condemnationis censuram usurpare ac administrare. Ita  
enim consentaneum est, vt D E V S, qui synagogæ olim vnum  
atq; summum præfecit pontificem, cuius arbitrium in re  
dubia disceptationis voluit esse finem, vt morte etiam ple- Deuter. 17.  
ctendum decerneret, per superbiam summo pontifici non  
obedientem, multò magis etiam nunc suæ prouiderit Ec-  
clesiæ, cùm reuera nō minùs iā sit vnius arbitriū, necessariū,  
quām fuerit olim, in tot capita, factio[n]es, partes dissecto vni-  
us C H R I S T I corpore ac nomine. Quò non videremus rem  
Christianam iam dudum inter tot hereses ac schismata pro-  
tractam, nisi vnius autoritas controuersijs omnibus præua-  
luisset, ab omnibus segregâsse h[ab]etos, ac fratres credētes in do-  
mini autoritate sua confirmâsse? Aut quem disceptatio-  
num finem pollicebimini vobis etiammet ipsis, Sturmi, ubi  
omnibus par relinquitur definiendi, condemnandi, iudi-  
candiq; potestas? An non ipse ordo naturæ tale quid, hoc est,  
autoritatis in V N O præminentiam exposcit? Quid schola  
sine Rector[e]? quid domus sine patre familiâs? Quid ciuitas  
sine præside? quid regnum sine rege? confusio, dissidium,  
horror, & r[ati]o in omnibus. Omne videlicet regnum in se di-  
uisum, hoc est, suis gradibus ac geometrica sua proportione  
non constans, desolabitur. Rursus, quid Rector sine potesta- Luc. n.  
te? quid pater familiâs sine iudicandi, ac fontes domo expel-  
lendi autoritate? quid præses in ciuitate sine liatore? quid lu-  
dex sine carnifice? quid rex sine imperio? Non & r[ati]o solūm  
pariet, hæc impotentia, sed nescio quam etiam horribilem  
quid quis audendi licentiam, contumaciam. Et putat Pappus,

D E S T V R M I T

suam Ecclesiae CHRISTI potestatem ac autoritatem, quae licet spiritualis sit, tamen non *in hoc sacerdotio* solùm, verùm etiam *in iuris canonici* ex institutoris sui voluntate accepit, esse ademptam? Noli ad pistrinum ablegare Ecclesiam. Doctrinam ea à Sponso coelestem accepit, hanc tuetur, custodit: leges ad conseruandam eam accuratè prescribit, obseruantes harum amat, negligentes punit, iudicat, contumaces condemnat, è cœtu piarum ouium ejicit, à corpore CHRISTI absindit:

*d. August. Epi.* vel voce multorum, idem tamen sentientium, quod fit in  
*50. ad Bonifa.* concilijs, vel vnius Pontificis, cui ius hoc antiquitus collatum adhuc suspetit. An Pappus hoc inficiabitur?

*Epist. 95. prop̄ initium: In-* Sed quid opus est longa laboriosaq; commemoratio-  
*nocentio Papæ.* ne rei euidentissimæ, vbi totius Christiani seculi edocemur  
*Epist. 157. ad Optati.* gestis: à nullo enim vñquam post Apostolos vniuersalis Ec-  
*Item de peccato O-* clesiae negotia, statuendo, definiendo, iudicando, dicam &  
*rig. contr. Pel.* condemnando, tractata legimus, præter Roman. Pontif. sed  
*ep. Celest. c. 6.* nec alium pro superiori Magistratu suo in terris vñquam  
*7. 21.* agnouit Ecclesia, præter hunc: quod perq; facile mihi esset,  
*Er contr. duas* ex S.P.P. scriptis liquidò conuincere, nisi breuitatis studium  
*Epist. Pela. lib.*  
*2. cap. 7.*  
*Possidonius in* me cohoberet.

*vita August.* Spumet hinc licet Aper ille tuus, scholam tuam deua-  
*cap. 18.*  
*August. Epis.* Stans, frendeat, & ex ira dentes concutiat, omnia agat pro li-  
*93. Innoc. Pap.* bidine sua, minitetur, misceat ad svv m morem ima profun-  
*ad Concil. Mi-* fundis: sic nihilominus ab antiquitate constitutum est, vt si  
*leuit. ep. lib. 2.* quis de hoc aliter sentiret, quam à maioribus nostris decre-  
*Retract. ca. 50.* tum esset, & vsu ab impp. Concilijs, sacerdotibus confirmatum, impunè omniū quasi telo brineretur, ne vnius culpa, concitata DEI ira omnes poena afficeret. Etenim in hisce  
*Deus, impietatem: in alijs,* quod rebelles huic Magistratu ac  
*refractores patiuntur, negligentiam vlciscitur, quemadmo-*  
*dum testantur exempla: hic vltra quam dici aut deplora-*  
*ri satis queat, non iam dicam Ecclesiae, sed ipsius etiam im-*  
*periij*

### ANTIPAPPIS.

Perij hostes indies magis magisq; crescent, eorumq; firma<sup>2</sup> tur robur, dum ad præscriptum sanctissimarum legum, ac ad autoritatem vtriusq; Magistratus, pseudodoctores illi matutinè satis non coercentur.

Proh leuitatem gentis nostræ, apud quam plus vnius aut alterius Apostatae opinio, quæmaiorū probitas, quæma omnum Doctorū consensus, quæ Ecclesiæ autoritas, quæma Christi mandata, quæma tot seculis totq; populis approbata sub Pontifice pië viuendi cōsuetudo valuisse videatur. O calamitatem omnium voce deplorandam, in Germania tantū contumaciæ hostilitatisq; erga Sanctum hunc Magistrum nuper inuuluisse, in religiosa inquā Germania nostra, cuius officium paulò ante erat, religionem sedemq; Romanam, Apostolicam, & in ea summum, Christi autoritate, in his terris præsidem, cùm armis, tū consilijs defendere. Vide, qui hanc potestatem Rom. sedi negatis, videte iam, ne dum dignitatem Rom. Pontif. oppugnatis, dignitatem Rom. imperij expugnetis. Non certè amplius imminetis pontifici: hic magna ex parte minas vestras iam euasit, Dei protectione tutus: sed imperatori imminetis, imminetis principibus, imminetis Imperio. Vnde enim nobis imperium? vnde principibus eligendi summum Imperatorem potestas? quis est rerum nostrarum tam impetratus, qui hæc in Rom. pontificem non referat? Iam si rogem, Roman. pontifex, estne summus pontifex? caue dicas Sturmi, non esse. Nam mox interrogabo ego te, quo pacto Imperator, Imperator, & Electores Electores erunt, si Romanus summus pontifex non est? Ita est connexa vtriusq; partis caussa, ut ytrunque aut damnare, aut absoluere necesse sit.

Hic te collige, Sturmi, & artende quid facias, quod rapiaris, & ad hunc Magistratum Ecclesiasticum, à quo discessisti, & te, & lites rixasque tuas, & Pappos tuos, &

## DE STURMII

Marpachios, & quicquid discordia inter vos enatum est, rufus compara: hinc iudicij dexteritatē, & veritatis prēstantiam hauri: lacunas illas desere, quæ inficiunt non refocillant. Natus es parentibus Christianis, Orthodoxis, sanctis Ecclesiæ legibus olim adoleuisti: CHRISTVM igitur atque orthodoxos completere. Adolescens factus, locutus es vt adolescens, deprecare Dominū, vt errata iuuentutis tuę expungat: nunc consenuisti, fac quod senem decet, canos tuos non annis, sed maturitate intellectus pondera. Fecisti quid iratus, non tu, sed iratus fecit: si disputando in scholis tuis aliquid deuium dixisti, contra hunc Magistratum acerbius depugnasti: non semper vera afferunt in medium, de rebus in schola disserentes. Lapsus es: homo es: παλινωθήπαγε. Effice tandem Sturmii, vt neq; germani nos neq; Itali illitui amātissimi negare possint, te non disertū tantūm, sed eloquentē etiā. Prægnās es linguarū cognitione, fatcor: sed caue, ne dum in tot linguis aduena & hospes es, in nulla ciuissis. Dissuade quæso oratione tua, quātū te persuasissē putas. Cōcilia te religioni, redde te nobis, Sturmii. Nam furentis est, non prudentis, solum velle sapere: putasne ingenio aut doctrina omnes, qui sub obedieotia Magistratus istius, & in hac lege nostra vixerē, aut viuant, vnum te excellere, & te solum sapere, cūm alij insaniant. Ipse insanis profecto, si id credis. Sed sapies tūm primū, cūm Ecclesiam matrem tui amantissimam audieris: Pappos & alios qui sunt κατὰ μέρη, abicceris, τὸ καθόλον amplexus fueris. Huc te Saluatoris nostri prēceptum compellit, autoritas instigat, benignitas prouocat, trahit immensus amor, ne moriturus aliquando, quemadmodum Euangelij verba sonant, pro publicano & Ethnico non habēris solum, si repugnas, verūm penitus etiam condemnēris, non à Pappo, à quo, nec immerito quidem, condemnationem nullam fers; sed ab immortali D E O, cuius tribunal arctissimumque iudicium nullo modo excuties.

Vnum

A N T I P A P P I S.

Vnum tandem abs te peto, Sturmi, vt videoas, ne dum  
& Lutheranos & Caluinistas amicos quæris, interea accidat  
tibi, quod de neutralibus, vt vulgo nominantur, seu medijs  
Aristoteles annotauit, vt sicut qui in medijs ædibus habi-  
tant, ab imo infumēris, desuper autem fordibus defluenti-  
bus commaculēris. Vale. Post Cal. Iulij 1579.



I N T R E S C O N I V R A T O S H O-  
S T E S A C A D E M I Æ W I T E B E R G E N .

I O A N . M A I O R D . I O-  
A C H I M V S .

 *Res fraudum artifices, in nos tria cri-  
mina spargunt,* ( Cyclops.

*Flaccius, Arctōus scurra, vagusq;*  
*Isq; Euangeliū quōd sit descriptio falsō*

Flaccius  
Illiricus.

*Tradita, Brettia da vatis ab ore refert.*

*Tanquam nos ratio doctrina fugerit eius,*

*Per quam Pontificis fugimus ante iugum.*

*Alter ait: notha nos legere Exemplaria sacra:* Frid. Cele-  
*Obijcis huic ludo grande, scelestē, scelus.* stinus.

*Sin nothus est codex, solidi nihil inde probatum,*

*Vangionum quādo cætus in urbe fuit.* (est,

*Tertius, integrū CHRISTVM negat ore doceri:* Iacobus

*Nostra fides falso nititur ergo Deo?*

Schmide-  
linus.

D . S .      Et

1817867

A 1753682

Et sic detrudi sub tartara nigra necesse est,  
Qui summū hic obeunt, aut qui obière diem?  
Hac, Auguste, tuo tollenda calumnia iure est,  
Namq; Papam hac armant crimina  
teq; premunt.  
O Cucule, & Mæchi duo, vobis dicere crimen,  
Et facere eiusdem est religionis opus.

Hæc amica inquisitio seu examinatio  
Reuerendi ac Clarissimi D. Docto-  
ris IACOBI RABVS nihil continet  
Orthodoxæ religioni contrarium;  
Ideoque tutò imprimenti potest, ita-  
benter testore ego

OTHO EISENREICH SO-  
cietas IESV, S.S. Theolog. Pro-  
fessor ordinarius, eiusdem facul-  
tatis pro tempore Decanus.

